



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De modo tege[n]di [...] beda[m] ca. lv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Historia

dicebant. Unde et quosdam pannos asperos sagias dicitur. **U**t forte ex quadra tura saga dicta sunt. **U**n et militare palium a gallis inuentus: quia quadrum erat sagum dictum est. **Q**uod tamen ex aspero flectat panno et tra aeris intemperiem: et potuit dici sagum. **E**rat autem saga hec, xij, longitudo sagi vni habebat cubitos, xxx, latitudo quatuor, et erat, v, sibi mutuo iuncta, ut quasi vnum sagum facerent, et alia sex quasi in vnum sagum iuncta. **I**ungebant autem anulis aureis insertis anulis se venientibus. **U**trum autem singule cortine vel saga sibi invicem ita copularerentur: an, vj, cortine sibi consue filo inseparabiliter in vna cortinam iuncte erant: et alie quinq; similiter, et ad tegendum tabernaculum: hec due magne cortine tamen anulis et anulis iungerentur, non elucet.

De modo tegendi secundum Bedam.

Capitulum. LV.

Quomodo vero

Quod ex his tegebatur tabernaculum videmus per Bedam. **S**ecundum Bedam pendebant decem cortine, sibi copulate per transversum scilicet tabernaculi, totum operientes tabernaculum, et descendentes per latera vno cubito distabant ex omni parte a terra. **E**t quia simul iuncte, xl, cubitos implebant, longitudinem tabernaculi: que erat, xxx, cubitorum tegebant. **E**t, v, cubiti dependebant iuxta latus occidentale, alii quinq; tamen descendebant ante aperturam que erat ad orientem. **T**amen ne in compositis penderent vtrobius cortine transgredientes duo magna latera tabernaculi usque in medium aperture traherentur ibique mutuo iungerentur, et similiter in latere occidenti. **E**t ita ex omni parte tabernaculi erat tectum cortinis, vno tamen cubito circa terram et

Nota quod alie quinq; cub. de. iij. Non ideo hoc dicitur: quoniam per totam partem occidentalem simul et orientalem dependeret quinq; cubiti, sed quod illa pars cortine que dependebat in lateribus respectu longitudinis tabernaculi erat tamen quinq; cubiti, sed respectu latitudinis erat novem cubiti. **I**deoque contingebat quod cum iunctis cubitis hinc et inde venientibus etiam in his duabus partibus occi-

omni parte non videntur. **S**upponebantur saga similiter per transversum, sed que erant, xxx, cubitorum per latera descendebant usque ad terram, et ita cubiti cortinis non velatum ipsa velabant. **S**ed quod ex transversum, xl. cubitos habebant cum essent xj, simul iuncta, et vnum quodque erat quatuor cubitorum, longitudinem tabernaculi, xxx, cubitis tegebant de, xliij, que superant, vij, descendebant ad occidentem, et vij, ad orientem. **P**artes pro saga que superant pendentia iuxta latera duo magna usque ad terram ex vtraque parte reducebantur ad tegendum introitum orientales. **S**ed que vij, cubiti ex vtraque parte veniebant, in spacio pro introitus decem tamen erant: superiebatur sagum. **U**t forte in summitate cuiusque duo cubiti retro plicati consuebant instar orarum vestimenti, et tunc ex equo venientia saga de lateribus in medio introitus copulabantur in eodem loco in que cortine: et similiter in latere occidenti. **P**ropter hanc omnium superiuram vel replicatorem sagorum dicit Beda primo dixisse dominum moysi, **S**extum sagum in fronte tecti duplices, id est dimidium sagum quod excedit cortinas in introitu superius vel replicabis. **E**t post planum addidit, quod superius in sagis, id est vnum sagum quod amplius est ex medietate eius operies posteriora tabernaculi, id est latere occidenti. **D**uplicabantur autem ita ut impetuum ventorum possent sustinere, et secundum hanc dispositionem tabernaculi ex omni parte tegebatur sagis usque ad terram: et nihil ex eo videbatur, et tentorium quod erat in introitu preciosum: inutiliter ibi erat, et cum sacerdotes intrabant tabernaculum, vel necesse erat attollere saga et cortinas ut subintraret: vel in medio iungerentur vnicuique et anulis ad introitum eorum dissoluebantur.

Josephus aliter.

Ca. LVI.

Lia est iosephi

A dispositio: cuius sentit Origenes et videtur probabilior. **A**it enim, x, cortinas sibi mutuo iunctas: ut dicitur est a fronte tabernaculi super introitum excedi per transversum et tegere totum tabernaculum, et descendere iuxta latus occidenti usque ad terram. **I**ntroitus pro non tegi aliquid parte cortinarum: cum primum velum haberet. **S**icut et de sagis totum dicitur operiri tabernaculum: excepto introitu. **S**ed quod duo cubiti sagorum